Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

68

[...]er Rhetias deputata, sedem; Notitia utriusque Imperii nominatim ~~affert~~ affirmat. Praterea, quid illud, quod Plinius l. 3, c. 20 scribit? prestantesque genere Vinganeos inde tracto nomine: capunt eorum Stonos; Rauranum Vennonetes. An Vennonetes civitas fuit? quaenam illa? an eadem cum Teriolis? Teriolos aut inter aut prope Vennonetes fuisse sitos, vides supra in Add. 20. Seculo XI Comitatum Venostum eundem fuisse, qui seculo XII vocabatur Tirolensis, certissimum perspicuissimum mihi est, et latius ostendetur infra ad c. 8 IX et X.

Vennonetes celticam originem sapit a Ven, mansus: Teriolos magis latinam a Tero vel terra. Forte Vennonetum civitas nomen novum adepta est ~~cum~~ postquam a Romanis subacta, Romanisque colonis, aut certe presidiis instructa fuit. Inter ~~Brenos autem et~~ Vennones autem et Brenos quaenam hoc tempore oppida fuerint ~~solide~~ praeter Veldideram et Statejum, nihil solide constat. Brenum, ait Warm. Igelinus in adversionibus ad suam Mappam Tirolensem, Brutz, Vicus etiam ad Oenum

31) Videatur Roschmannus in Beschreibung der Grafschaft Tirol; et Warmundi Igel mappa geographia Tirolis; ~~qui ad~~

sex milliaribus supra Delphos, Nomen a Romanis procul dubio retinet. Turris antiquissima ibi indicium prabet, fuisse Romanam mansionem cum presidio militari. Roschmannus hunc locum Bruttes dictum seculo III recentius existimat in Disquis. Crist. Tartarell. ~~Statio, nunc~~ Vicum Stanz, idem Auctor Stationem Romanam fuisse, affirmat; ~~id~~ et confirmant varia antiquitatis monumenta, quo ibi frequentius reperiri dicuntur. Delphi, Delfis, Vicus ad Oenum, 4 milliaribus supra Oenipontum. Quod nomen haud dubie Brenni illius a Delphis civitate Graecia, inde regressi, imposuerunt; ait allegatus Igelinus. ‡ Si conjecturis uti liberet, dicerem, Humistam ab ~~humist~~ humi stando, Metz a Metis inter Vennones et Brenos, Tarrenz a Torrente; Dormitz a Dormitione dicta esse, Romana lingua et originis indicia. Montem quoque Ferreum, ubi eum Igelinus vocat, hodie Ferren jam Augusti temporibus iter aperitum prebuisse exeuntibus ad Lycates; ~~nunquam~~ ~~vanglaus~~ ~~reprobat~~, qui apud Lermosam ~~repertus~~ ante aliquot annos repertus, nunc Stamsii servatur. Inscriptus est ex ~~una~~ altera facie. Cajus Caesar Augustus Pater Patriae Tribunitia Potestatis tertium, Consul tertium: ex altera: Senatus Populusque Romanus Patri Patriae ob Cives servatos. Annus III Consulatus indicat XXV ante Incarnationem Dominicam.

[...] vero similius est